



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

70. Dubitare aliquis fortasse posset, an qui ob seruorem contra licitantium
vendidit sub hasta rem plus dublo quam valebat, teneatur aliquid
restituere? Ex p. 1. tr. 8. res. 55.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76413)

consequens vilescant. Vnde patet responso ad argu-
mentum cuiusdam Religiosi: dicebat etenim: Pretium
iustum rei non est, quod valet tempore conventionis,
sed tempore traditionis. Ergo illicita erit talis emptio
zuccharorum: nam in tempore traditionis plus vale-
bunt. Respondeo, maiorem argumenti esse veram regu-
lariter, ac per se loquendo; non vero, quando per acci-
dens, ratione circumstantiarum concurrentium, necesse
est pretium decrefcere, vel accrescere. Iustum igitur
pretium alicuius mercis erit, quanti ipsa valet tempore
traditionis, nisi ex causis extrinsecis tempore contra-
ctus minoris aestimetur, vt accidit in casu nostro ex
modo vendendi.

§. 5. Ex hac doctrina sequitur, me olim recte respon-
disse, posse aliquem emere rem vilius ab illo, qui vendit
necessitate compulsus; non, quia illud plus censetur
venditor libere donare; nam in hoc casu non posse
pretium donationem, recte censuerunt Angelus, Sylue-
ster, & alij: sed, quia in hoc casu, ex modo vendendi
minuitur pretium rei, & merces efficiuntur vltroae.
Ergo possunt minoris emi. Ita Turrianus, Nauarra, Bo-
naciua, vbi supra; cum Villalobos in *summ. tom. 1. tr. 2. l. 2. dub. 6. n. 20.*

RESOL. LXX.

Dubitare aliquis forte posse, an qui ob feruorem contra
licianum vendidit sub hasta rem plus duplo, quam
valebat, teneatur aliquid restituere? Ex part. 1. tr. 8.
Resol. 55.

§. 1. PRO decisione huius questionis sapienter in praxi
occurrentis, notandum est, quod quando pre-
tium a lege taxatum est, tam venditor, quam emptor, ad
illud obligantur: vbi vero non est legitimum pretium,
tam venditori, quam emptor istandum est intra latitudi-
nem iusti pretij vulgaris: alius ille excedendo notabili-
ter, & iste deficiendo, peccant mortaliter cum onere
restituendi. Est tamen aliquis casus, quo cessante legiti-
mo non astringuntur ementes, & vendentes ad pre-
tium vulgare: & hic casus inter alios est in subhasta-
tionibus publicis.

2. Sed, quale sit iustum pretium in istis subhasta-
tionibus, non conueniunt inter se Doctores: nam mul-
ti, & inter illos precipue Salonijs in 2. 2. 10. 2. q. 77. a. 1.
cont. 5, asserit, in hoc vendendi genere reperiri etiam
tria illa genera pretij, quae constituuntur communiter a
Doctoribus in communi vsu fori, nempe, infimum, me-
dium, & supremum, seu rigorosum: sed cum hoc discrimi-
ne; nam in pretijs, quae sumuntur ex communi vsu
fori, infimum, & supremum parum distant a medio, si-
cut 9. & 11. parum distant a 10. At in subhastatione plu-
rimum possunt distare: medium namque in subhastatio-
ne est, quod est iustum, aut secundum vsum fori, aut ar-
bitrio prudentum: infimum, quod ab illo deficit, modo
non deficiat infra dimidium: supremum, quod illud ex-
cedit, & superat, modo non excedat vltra dimidium. Vt
si iustum pretium equi peritorem arbitrio, sint 100. &
equus ille, voce praconis, vendatur; medium pretium
erunt illa 100. infimum 50. supremum 150. Vnde di-
stant in subhastatione gradus extremi a medio, quanti-
tum medietas ipsa iusti pretij complecti potest versus
excessum, vel defectum. Haec Salonijs, ex cuius doctri-
na, quam etiam sequitur Molina tom. 2. disp. 349. n. 11:
apparet, illud esse iustum pretium in venditione sub ha-
sta, quod non deficit, vel non excedit medietatem pre-
tij, quo alioquin res venderetur, si non venderetur sub
hasta. Et addunt, in tali venditione locum esse remedio
legis 2. C. de rescindend. vend. quando contingit exce-
sus vltra dimidium. Vide nostrum P. Megalam. 2. 2. lib. 2.
c. 6. q. 2. n. 70. & P. Molfesiu in *sum. to. 2. tr. 12. c. 5. n. 148.*

3. Sed audiamus Doctores contrarium sentientes:
Malderus Antuerpiensis in 2. 2. tract. 5. c. 2. d. 2. 2. asserit,
iustum pretium in subhastatione etiam illud esse, quan-
do ex contento licitatorum res duplo venditur; quam
valeat. Plus dicit Bonacina de *conu. disp. 3. q. 1. punct. 4. n. 2. 1.* iustum pretium vendendi sub hasta illud esse, quod
extorqueri potest absque fraude: & in excessu pretij
praesumitur donatio; cum nec ignorantia, nec ius, nec
fraus, neque necessitas cogat emptorem ad sic emen-
dum, vel venditorem ad ita vendendum. Ex his patet
resolutio supra positae questionis, nempe, non esse fa-
ciendam aliquam restitutionem, etiam si res in subhasta-
tione duplo, vel plus vendatur, quam valet. Vide Ioan-
nem Salam tract. de empt. & vend. dub. 25. n. 4. & Petrum
a Nauarra de *restit. lib. 3. c. 2. n. 37.*

RESOL. LXXI.

An in venditionibus sub hasta detur excessus pretij? Ex
p. 9. tr. 8. & Misc. 3. Ref. 58. alijs 57.

§. 1. CASUS est satis practicabilis, & ad illum ego
Colim negatiue respondi; & ita me citato tenet
nouissime tres docti Neoterici, Cardinalis Lugo de ius-
tit. to. 2. disp. 26. sect. 4. n. 45. Escobar a Corro *tract. de
vtrouque foro, a. 5. casu 2. n. 165.* & Trullench in *Decah.
2. 2. lib. 7. c. 20. dub. 3. n. 2.* quibus adde Antoniu Escobar
in *Theol. mor. tr. 3. exam. 6. c. 5. n. 5.* Gordonum in *sum-
ma 10. 1. lib. 4. q. 5. c. 8. n. 98.* Fagandez de *Contract. lib. 5.
c. 30. n. 6.* Tannerum *tom. 3. disp. 4. q. 7. dub. 2. n. 30.* Dica-
stillum de *iust. lib. 2. tr. 5. disp. 2. dub. 4. n. 50. 51. & 52.*
Villalobos in *summ. tom. 2. tr. 2. 1. d. 5. n. 9.* & Vva-
dingum de *Conu. disp. 7. dub. 5. s. 2. n. 2.* Qui etiam ad-
uertit aliqua circa praesentem casum. Primum, quod in
subhastatione non habeatur fides de pretio, sed praesenti
pecunia fiat solutio. Ita Iodocus Damhouderus in *tr.
de subhastat. c. 5. & cit. Baris in l. a. Divo Pio. ff. de re iud.*
sed ibi tantum agitur de pignorum distractione, & quod
allegatur, ibi non reperitur. & Bart. de fiscalibus tantum
agit: sed tamen videtur praxis habere, vt res tantum
mobiles, & non tanti pretij praesenti pecunia vendan-
tur; pro immobilibus vero habeatur fides; verbi gratia,
si domus aut vinea etiam vendatur, non potest pecunia
publice numerari, sed post tempus designatum a vendi-
tore. Secundum, si minor in adiectione superatus sit ab
alio, posse in integrum restitui, & recuperare, quod ne-
glexerit; modo ostendat iustam causam, cur sua interfit
rem alteri venditam recuperare, & simul persoluat vendi-
tore excessum adiectionis, quam alter emptor fecit. *l. si
in emptione ff. de l. 3. 5.* Tertio, quando quis a fisco emit, si
post statutos a fisco dies alius adfit, qui plus offerat, po-
steriorem emptorem praefendum priori, *l. si tempora.
C. de iure hasta lib. 10.* Quarto, est controuersia, quando
res subhastata veniit vltra dimidium iusti pretij, an
detur remedium, *l. 2. C. de resi. ind. vend.* negat Lopez 21
part. Instructorij, c. 63. cuius sententiam Malderus *tr. 5.
c. 2.* probabilem putat, & Bartolus in *l. si quis. C. eod.*
quando res immobilis venditur: Sed puto generatim
loquendo probabilius esse nullum dari in contractu
tali modo celebrato remedium rescissorium contractus:
Et videtur ratio satis clara ex dictis; quia hic nemo la-
ditur vltra iustum, cum iustum pretium nullum sit rei,
nisi quod potest leposita fraude, & dolo in hoc foro ac-
quiri, & ita sentit Barbatia in *d. l. si quis. & in l. 1. C. de
prescript. Io. Fabianus de Monte de empr. q. 5. n. 88.* An-
gelus, & Bald. apud Barbatiam supra: quod procedit non
solum in foro externo, sed etiam in interno. Et haec
omnia, vt dixi, docet Vvadingus *loc. cit.* quae valde de-
seruiunt ad iustificandum contractum, seu venditio-
nem, quae in Sicilia dicitur, col Patto a discorsio.

Sup. hoc in
Ref. preterit.
& in rel. seq.
& infra in
Ref. 77. & in
Ref. 91. §. ad
septimum ad
medium